

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Memoria posthuma matronae ... [Trauergedichte auf
Elisabeth Wencker, geb. Berchtold, Gemahlin des
Altammeisters und Dreizehners in Straßburg Johann
Wencker, gest. 5. September 1666]**

Wencker, Elisabeth

Argentorati, [1666]

Boeckler, Joh. Henr.: " Memoriae & honori matronae"

[urn:nbn:de:bsz:31-110206](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110206)

Ceu qualicumq; latior se ponderi
Offert resurgens palma, flecti nescia;
Sic WENCRIANÆ clara gens profapia
Devincit omnem sortis inclementiam
Majore nisu. Nuper obstinata mors
Neptes rapuerat lacteosque Nepotulos:
Placata minimè Parca multis surculis
Invasit ipsam stemmatis propaginem,
Rammum cecidit floridum ferà manu.
Nunc alta radix, A via nobilissima
Effertur. Eheu! quantus imber ingruit
Uno impetu! sed ipsa stirps tantò magis
Progerminat, dum fata dura calitum
Fert Christianà fortiter prudentià.
Imbellis anime! disce tot speciminibus,
Virtus acerbo quòd virescit vulnere.

Debit. condol. ergò f.
Gerardus v. Stöckem/
V. I. D. & P. P.

Memoria & Honori
MATRONAE,

Omnibus laudum exemplis Ornatissimæ,
Magni nuper Consulis, Tredecimviri, Scholarchæ

JOHANNIS VVENCKERI, Viduæ piissimæ.

Matrona singularis exempli fuit,
Cui iusta, pietas nunc facit superstitum,

Seu metiaris moribus, seu munere
Modoque fortunæ: cui nil defuit
Beatior quo vita censerî solet.
Formæ venustas, Gratiarum suauitas,
Genus, pudicum pectus, & solertia:
Hæc *Virginem* inter *Virgines* clarissimam
Cælo ferbant: hinc secuta *Coniugis*
Bonæque *Matris*, digna laude nomina.
Hæc educauit *nupta* *Magno Consuli*
Prolem vtriusque nobilem sexus bonis.
Viditque *Filium* inter *Vrbis* principes
Florere; quo vocabat *alterum* quoque
Præclara virtus; ni decus perennius
Paucis diebus ante donasset Deus:
Spem sustinente *Tertio* visam eripi.
Ex *Filiabus*, *Consulum* domos *Due*
Auxère, *Patriæ* celebrat quos *Patres*
Respublica: ac in *inclytis* cluent *Viris*
Qui *ceteras* duxere coniuges domum.
Dotes *Nepotum* *Neptiumq;* prodere,
Longum esset. Inter ista viuere & mori,
Felicitas plena est: Deo si gratia,
Deo voluptas si refertur muneris
Tam copiosi: sicut ipsa sueuerat

Matrona

Matrona nostra, quæ Deo vixit, Deo
Vivet beata cum beatis omnibus.

Inclita Familia obseruantissimus scr.

Joh. Henr. Bœclerus.

In obitum

Nobilissima, omniq. Virtutum laude celebratissima

M A T R O N A E

DN. ELISABETHAE VVENCKERIAE.

TAndem decessit VVenckeri Consulis uxor
Quondam uxor tanto conjugè digna satis.

*Sed prius haud una decessit morte perempta,
Quæ nimis heu! raptim multiplicata fuit.*

*Vivere desierat iam tum Matrona, beati
Parte thori infelix cum viduata fuit.*

*Mortua & ipsa fuit, quoties vel turbine fati
Filius implicitus, vel fuit ante nepos.*

*Mortua jam toties alienis mortibus una,
Postremum jacet & mortua morte sua.*

*Atque hæc tot mortes omnes mors una priores
Extinxit pariter, fecit & esse nihil.*

Observantia ultimique honoris ergò scripsit

Samuel Schallesius.

Quis mihi, quis Divum, gemitus & tristia donet
Carmina, queis præceps dire truculentia mortis
Nunc mihi desleri possit! nam si dolor ipsius
Adsit, vel threni semper lachrymabilis autor

Melpo-